



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

40 Periurus est etiam deponendus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

*et de re jud. in antiq. & Gomef. in regul. de anna. poss. quest. 42. n. 3.*

Solent autem de stylo Romanæ curiæ concedi literæ Apostolicæ, quibus Ordinario committitur, quod si supplicans sibi de beneficio per delictum homicidii commissum provideri, si in forma juris se inscribere velit, & per eventum litis constiterit de homicidio; tunc Ordinarius, cui regulariter causæ in prima instantia committuntur, ad privationem procedat, & beneficium per privationem sic vacantem, eidem proviso auctoritate Apostolica conferat, ipsumque in possessionem mittat, iuxta trad. per Felin. in dicto cap. Inquisitionis, nu. 8. vers. secundò nota, Gemin. in cons. 105. incipien. ad supplicationem, quem sequitur Gomef. in eadem regul. de anna. quest. 42. num. 4. vers. sed modo.

Dummodò literæ Apostolicæ cum introductione litis contra homicidam fuerint intimatæ: quia tunc, si renunciaret, non valeret resignatio, & est regulare, quod nunquam aliquis est privatus beneficio, ipso jure, nisi sit jure expressum, Innoc. in d. cap. cum nostris, quem sequitur, Abb. in capit. querelam, num. 3. de jurejur. Felin. post alios in dicto cap. inquisitionis, num. 7.

Eandem etiam pœnam incurrit perjurus qui ab ordine, & beneficio deponi potest, cap. presbyter, 81. distinct. Abb. in dicto cap. querelam, 2. not. de jurejur. Gomef. de anna. poss. dicta quest. 42. n. 3. & Diaz. ead. pract. crim. quest. 86. alias 44.

Quarto, † sacrilegi veniunt deponendi, & sacrilegium est sacræ rei violatio, vel ejusdem usurpatio, Sanct. Thom. in sum. 2. 2. quest. 99. art. 3. Azo. in sum. de

furt. & gloss. in cap. sacrilegium, 17. quest. 4.

Dicitur enim † sacrilegium, quasi sacrilegium, quia per illud res, aut persona sacræ læditur, Bald. in l. 3. C. de furt. & Azo. ubi supra. Sacrilegij autem multæ sunt species secundum Card. in clem. 1. de pœn. tamen communiter tenetur, quod tribus † modis committatur sacrilegium, videlicet, cum sacrum de sacro, vel sacrum de non sacro, vel non sacrum de sacro aufertur, c. quisque, & gloss. in d. c. sacrilegium, 17. qu. 4. Lap. alleg. 66. nu. 10. Et, quod quatuor sint species sacrilegij, tenet Paul. Gril. in lib. 3. de pœnit. omnif. coit.

Quarum prima est, quæ † committitur personam violando, nempe percutiendo, vulnerando, & occidendo clericum, vel monachum, seu alium religiosum, vel personam ecclesiasticam, ut cap. si quis suadente Diabolo. 17. quest. 4. & l. si quis, in hoc genus, C. de Episc. & cler. Et de jure canonico imponens manum volentam in clericum pœnam majoris excommunicationis incurrit, à quanti à Summo Pontifice, præterquam in mortis articulo, absolvi non potest, ut dicto cap. si quis suadente diabolo, & cap. cum illorum, de sentent. excommunic. ultra quod pro hoc crimine potest laicus à iudice ecclesiastico carcerari. Lopez in annotat. ad pract. crim. Diaz. cap. mihi 89. vers. apud Hispanos.

Pœnam verò prædictam † incurrunt principaliter, qui manus violentas in clericum iniiciunt, mandantes, auxiliaria, consilium, vel favorem ad hujusmodi manuum violentam injectionem præbentes, c. sicut dignum, de homicid. cap. mulieres, 5.